

TIT. XXXVII.

DE ABIGEIS¹.

1. Imp. HONOR. et ARCAD. AA. Pasiphilo.

Abacti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine ea observatione proponitur. — Dat. 8 kal. Jan. *Mediolani, OLYBRIUS et PROMOTO Conss. 595.*

TIT. XXXVIII.

DE NILI² AGGERIBUS³ NON RUMPENDIS.

1. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Anthemio P. P.

Si quis posthaec per Aegyptum intra duodecimum cubitum, fluminis Nili ultra fluente de propriae ac vetustis usibus, prater fas præterque morem antiquitatis, usurparerit: flammis ex loco consumatur, in quo vetustatis reverentiam, et propemodum ipsius imperii appetierit securitatem, consicis et consortibus ejus, deportatione constringendis: sic ut nunquam supplicandi eis, vel recipendi civitatem vel dignitatem vel substantiam licentia tribuatur. — Dat. 10 kal. octobr. *Constantinop., HONORIO 8 THEOD. 3 AA. Conss. 409.*

TIT. XXXIX.

DE HIS QUI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBUS REOS OCCULTAVERINT⁴.

1. Imp. VALENT., VALENS et GRATIAN. AAA. Simplicio vic.

Eos qui secum alieni crimini reos occultando, cum eamve sociarunt: par ipsos⁵ et reos pena expectet: et latrones quisquis sciens suscepit, et eos offerre judicibus supersederit, supplicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personae et judicis astimatione plectetur. — P. *Romea*, 10 kal. april. *GRATIANO A. 3 et EQUITO V. C. Conss. 374.*

2. Imp. MARTIANUS A. Palladio P. P.

Si qui latrones, seu alii crimini obnoxii in possessione degunt seu latitant: dominus possessionis si præsto est, aut procuratores si dominus abest, seu primates possessionis ultra eos offerant: aut si scientes hoc sponte non fecerint, conveniantur a civili officio, ut tradant provinciali judicio eos qui requiruntur, sub examine judicis arguendos, et penas post documenta congrua subitoribz. Si vero exhibere eos domini, vel procuratores aut primates possessionis distulerint: tunc ad detinendos eos [adito] rectore provinciae omnia civilia dirigant auxilia. Sin autem propter multitudinem forte eorum qui in predio sunt, civile adminiculum sufficere non posse constiterit, et memorati audaces executoribus objecerint manus, vel alias parere distulerint: tunc judex provincia memor periculi sui, a viro devoto tribuno, seu primatibus militum, qui in locis sunt, auxilium postulet: ut per militarem⁶ manum correpti accusati, sine damno atque lesione cuiuslibet legibus offerantur, et convicti penas subeant competentes: non ignaro judge, quod si adversus innocentem ob aliam causam praeter latronum vel aliorum nocentium investigationem, militare auxilium postulaverit, aut dispendiis affici provinciales concesserit: commotione severissima (prout tua celsitudo judicavit) ferietur. Tribuni etiam sive primates numerorum [vel officiorum] qui in locis sunt, admoniti per literas judicis, si administrum militare præberent noluerint, aut si ab ipsis militibus damna provincialibus inficta fuerint: et dannata et lesiones restituent, et acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illustrium magistrorum militum ferientur. Domini etiam preditorum, seu procuratores vel primates possessionum impunes non malebunt, si presentes et scientes ultra non obtulerint nocentes, vel admoniti eos exhibere distulerint: nam dominus quidem possessionis dominio privabitur: procurator vero seu primates perpetuo exilio subiacebunt. Ipsi quoque procuratori vel domino vel primatibus possessionis, si se ad comprimendam multitudinem rusticorum sufficere non posse firmaverint, et id provinciali judicio palam fecerint: militare auxilium rector provinciae a tribuno vel a primatibus numeri faciet dari, si civilia non posse sufficere perspexerit. Si vero post exhibitionem eorum, qui accu-

programm.
Tit. XXXVII. — 1. Lib. 47. D. 14.
Tit. XXXVIII. — 1. L. 1, § 5; D. de fluminib. — 2. L. 10. D. de extraord. criminis.
Tit. XXXIX. — 1. Lib. 47. D. 16. — 2. L. 1. D. de recept. — 3. L. 68. D. de rei vind.; L. 5. D. ne vis fiat.
Tit. XL. — 1. Lib. 65. D. 17. — 2. L. 1. D. h. t.; N. 154, c. 5; L. 6, supr. de accusat.; L. 2, supr. de sent. ex periculo. — 3. L. 1, § 5; L. 4, D. h. t. — 4. Supr. communat. epist.

santur, innocentes eos esse, et nihil criminis admisso patuerit: accusatores penam qua in calumniatores exercenda est, subire cogantur. Exemplo enim grave est sic latronem requirere, ut innocentibus periculum fiat. — Dat. 12 kal. Januar. *Constantinop., MARINIANO et ASCEPTEPIODO TO Conss. 425.*

TIT. XL.

DE REQUIRENDIS¹ REIS.

1. Imp. ANTONINUS A. Rustico.

Cum absenti reo gravia crimina intentantur, sententia² festinari non solet, sed adnotari, ut requiratur: non utique ad poenam, sed ut potestas ei sit purgandi se, si poterit. Postquam vero requirendus factus intra annum redierit: si se crimine purgaverit, res arbitrio judicis singatas recipiat. Sin vero intra id tempus reversus, post intimationem suam fuerit defunctus: et si needum se purgaverit, ad heredes proprios res transmittat. — Dat. 12 Tusco et Basso Conss. 212.

2. Imp. CONSTANTIN. A. ad Januarium.

Quicunque ex eo die, quo reus fuerit in iudicio peitus, intra anni³ spatium noluerit adesse iudicio, res eius fisco vindicentur. Etsi postea repertus, nocens fuerit deprehensus, severiori sententiae subjugetur. Sed si argumentis evidenter et probatione dilucida innocentiam suam purgaverit, nihilominus facultates eius penes fisum remaneant. — Dat. id. Januar. *CONSTANTINO A. 3 et LICINIO CC. Conss. 319.*

3. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Palladio P. P.

In pecuniaris causa dictum contra latitantes propositum, existimationem ejus non lredit. Criminalis vero programmatis⁴ tenor hanc tantum ferat de jure censuram, ut inter reos adnotati, non tantum patrimonium debeat transferre, sed et famae existimationem ledere. — Dat. 7 kal. Jul. *Ravennae, EUSTACIO et AGRICOLA Conss. 421.*

TIT. XLI.

DE QUÆSTIONIBUS⁵.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Antianæ.

Quæstionem⁶ de servis contra dominos haberi non oportet: exceptis adulterii⁷ criminibus, item fraudati census⁸ accusationibus, et crimen majestatis⁹, quod ad salutem principis pertinet. In ceteris autem quamquam ea, que servus contra dominum dixit, iudicatur sententiam formare non debeant, tamen si alii quoque probationibus fides veritatis investigetur, prescritionis invidia evanescit. In pecuniaris vero causis nec¹⁰ inopia probationum servos contra dominum interrogari posse manifestum est. — P. P. 7 kal. april. *SABINO et ANULINO Conss. 217.*

2. Idem, AA. et CC. Catulo.

Insolitum est, et grave exemplo, audiri servos adversus tutores, vel matrem¹¹ dominorum suorum: nisi tutelæ agatur. — Proposita tertio id. sept. *CHILONE et LIONE Conss. 203.*

3. Imp. ANTONINUS A.

Cum cognitio audisset, dixit: Primum servi alieni interrogabuntur, si præstata fuerint ex tanto sceleri argumenta, ut videantur accedere ad verisimilia¹² cause criminis. Ipsa quoque mulier torquebitur. Neque enim agre feret, si torqueatur, que venenis suis viscera hominis extinxit. — P. P. 7 kal. april. *SABINO et ANULINO Conss. 217.*

4. Pars ex scripto imp. ANTONIN. A.

Sicuti¹³ convictis confessis ad societatem¹⁴ scelerum vocantibus eos, a quibus apprehensi, custodiitive sunt, facile credi non oportet: ita si evidentibus rationibus post commissum communiter facinus, ad evitandam de se sententiam id fecisse fuerint probati, publica vindicta non sunt subrahendi. — P. P. 8 kal. april. *SABINO et ANULINO Conss. 217.*

programm.
Tit. XL. — 1. Lib. 48. D. 18. — 2. L. 1, § 2, 15. D. h. t. — 3. L. 17, pr. D. cod.; L. 8, § 6, supr. de repud. — 4. L. 1, § 20. D. h. t. — 5. L. 7, in fin. L. 8, § 1, supr. ad leg. Jui. major; add. L. 1, § 2, D. cod. — 6. L. 6, in fin. infr. h. t. — 7. L. 10, § 2, D. cod. — 8. L. 8, § 2, infr. cod. — 9. Add. L. 1, § 25, D. cod. — 10. L. 37, in fin. supr. de liberali causa; L. ult. supr. de accus.

S

de Sacrosanctis Ecclesiis. pag. 12. lib. 1. tit. 2.

de Salgamo hospitibus non præstanto. 750. * 12. 42.

de Satisando. 158. * 2. 57.

de Secundis nuptiis. 295. * 5. 9.

de Seditiosis. 614. * 9. 30.

de Senatusconsultis. 73. * 1. 16.

de SCto Claudiano tollendo. 478. * 7. 24.

ad SCtum Macedonianum. 239. * 4. 28.

— Orfitianum. 440. * 6. 37.

— Tertullianum. 438. * 6. 36.

— Trebellianum. 428. * 6. 49.

— Turpilianum. 620. * 9. 45.

— Velleianum. 240. * 4. 29.

de Sententia, quæ sine certa quantitate. 494. * 7. 46.

de Sententiam passis. 626. * 9. 51.

Sententiam rescindi non posse. 496. * 7. 50.

de Sententiis adversus fisum. 632. * 10. 9.

— et interlocutionibus. 492. * 7. 45.

— ex periculo recitandis. 492. * 7. 44.

— Praefectorum Prætorio. 490. * 7. 42.

— quæ pro eo, quod interest. 494. * 7. 47.

de Sepulcro violato. 602. * 9. 19.

de Servis fugitivis. 363. * 6. 1.

— Reipubl. manumittendis. 462. * 7. 9.

de Servitibus et aqua. 196. * 5. 34.

de Servo pignori dato manumisso. 461. * 7. 8.

Si adversus creditorem. 147. * 2. 38.

— creditorem prescriptio. 483. * 7. 36.

— delictum. 146. * 2. 35.

— donationem. 145. * 2. 30.

— dotem. 146. * 2. 34.

— fiscum. 147. * 2. 37.

— libertatem. 148. * 2. 31.

— rem judicatam. 145. * 2. 27.

— solutionem. 146. * 2. 33.

— transactionem. 146. * 2. 32.

— venditionem. 144. * 2. 28.

— venditionem pign. 144. * 2. 29.

— usucaptionem, 147. * 2. 36.

Si aliena res pignori data sit. 535. * 8. 16.

— a non competente judge. 495. * 7. 48.

— antiquior creditor pignus. 540. * 8. 20.

— certum petatur. 211. * 4. 2.

— communis res pignori data sit. 540. * 8. 21.

— contra jus vel utilitatem publ. 88. * 1. 22.

— contra matris voluntatem. 344. * 8. 47.

— curialis relicta civitate. 637. * 10. 37.

— de momentanea possessione. 515. * 7. 69.

— dos constante matrimonio. 321. * 5. 19.

— ex falsis instrumentis. 801. * 7. 58.

— ex pluribus Tutoribus. 341. * 8. 40.

— in causa judicati pignus. 541. * 8. 23.

— in communi eademque causa. 145. * 2. 26.

— in fraudem Patroni. 372. * 6. 5.

de Silentariis et Decurion. 722. * 12. 16.

Si liberalitatis imperialis. 636. * 10. 14.

— major factus alienation. 361. * 5. 74.

— ratum habuerit. 151. * 2. 48.

de Stratoribus. 734. * 12. 25.

S

de Sacrosanctis Ecclesiis. pag. 12. lib. 1. tit. 2.
de Salgamo hospitibus non praestando. 750. * 12. 43
de Satisdando. 188. * 2. 57.
de Secundis nuptiis. 298. * 5. 9.
de Seditiosis. 611. * 9. 50.
de Senatusconsultis. 75. * 1. 16.
de SCto Claudiano tollendo. 475. * 7. 24.
ad SCtum Macedonianum. 239. * 4. 28.
 —— *Orfitanum.* 440. * 6. 57.
 —— *Tertullianum.* 438. * 6. 56.
 —— *Trebellianum.* 428. * 6. 49.
 —— *Turpillianum.* 630. * 9. 45.
 —— *Velleianum.* 240. * 4. 59.
de Sententia, que sine certa quantitate. 494. * 7. 46
de Sententia passim. 626. * 9. 51.
 Sententiam rescindi non posse. 496. * 7. 50.
de Sententiis adversus fiscum. 632. * 10. 9.
 —— et interlocutionibus. 492. * 7. 45.
 —— ex periculo recitandis. 492. * 7. 44.
 —— Praefectorum Pratorio. 490. * 7. 42.
 —— qua pro eo, quod interest. 494. * 7. 47.
de Sepulchro violato. 602. * 9. 19.
de Servis fugitiis. 563. * 6. 1.
 —— *Reipubl. manumittendis.* 462. * 7. 9.
de Servitutibus et aqua. 496. * 5. 54.
de Servo pignori dato manumisso. 461. * 7. 8.
 Si adversus creditorem. 147. * 2. 38.
 —— *creditem prescriptio.* 483. * 7. 36.
 —— *delictum.* 146. * 2. 55.
 —— *donationem.* 148. * 2. 50.
 —— *dotem.* 146. * 2. 54.
 —— *fiscum.* 147. * 2. 57.
 —— *libertatem.* 145. * 2. 51.
 —— *rem judicatam.* 145. * 2. 27.
 —— *solutionem.* 146. * 2. 55.
 —— *transactionem.* 146. * 2. 32.
 —— *venditionem.* 144. * 2. 28.
 —— *venditionem pign.* 144. * 2. 29.
 —— *usuacionem,* 147. * 2. 36.
 Si aliena res pignori data sit. 538. * 8. 16.
 — a non competente judge. 495. * 7. 48.
 — antiquior creditor pignus. 540. * 8. 20.
 — certum petatur. 211. * 4. 2.
 — communis res pignori data sit. 540. * 8. 21.
 — contra ius vel utilitatem publ. 88. * 1. 23.
 — contra matris voluntatem. 344. * 5. 47.
 — curialis relicta civitate. 657. * 10. 37.
 — de momentanea possessione. 513. * 7. 69.
 — dos constante matrimonio. 521. * 5. 19.
 — ex falsis instrumentis. 501. * 7. 58.
 — ex pluribus Tutoribus. 341. * 5. 40.
 — in causa judicati pignus. 541. * 8. 25.
 — in communi eademque causa. 145. * 2. 26.
 — in fraudem Patroni. 372. * 6. 8.
de Silentiariis et Decurionib. 722. * 12. 16.
 Si liberalitatis imperialis. 636. * 10. 14.
 — major factus alienation. 561. * 8. 74.
 — ratum habuerit. 151. * 2. 46.
de Stratoribus. 734. * 12. 25.

5. Imp. ALEXANDER A. Respecto.
Nec si mors testatoris vindicanda est, questioni indiscrete subjiciuntur hi, qui libertatem¹¹ supremo iudicio acceperunt. — P. P. 6 id. Mart. JULIAN. 2 et CRISPUS CONSS. 225.

6. Imp. GORDIANUS A. Herodianus.

Pridem placuit, domestica servorum seu libertorum propriorum, vel maternorum interrogatione in causis ad dominos, vel patronos pertinentibus abstinentum esse: ut neque pro¹² his, neque adversus¹³ eos in capitalibus, vel pecuniaris¹⁴ questionibus veritatis vim obtinere possit, quod in confessione ab eis fuerit deductum. — P. P. 7 id. Maji SABINO et VENUSTO CONSS. 241.

7. Imp. Dioclet. et MAXIM. AA. Urbanæ.

Servos, qui proprii indubitate juris tui probabuntur, ad interrogacionem nec offerten¹⁵ te produci sineremus: tantum abest, ut etiam invito te contra dominam vocem rumpere cogantur. — P. P. kalend. novembr. MAXIMO et AQUILINO CONSS. 286.

8. *Idem*, AA. ad Salustium præsidem.

Milites¹⁶ neque tormentis, neque plebeiorum penas in causis criminum subjungi concedimus, etiam non emeritis stipendiis suis videantur esse dimissi: exceptis his, qui scilicet ignominiose sunt soluti: quod et in filiis militum et veteranorum servabitur. — § 1. Oportet autem judges nec in his criminibus, quæ publicorum iudiciorum sunt, ad investigationem veritatis a tormentis *inutium*¹⁷ sumere: sed argumentis¹⁸ primum verisimilibus¹⁹ probabilibusque uti. Et si his veluti certis indicieis²⁰ duci, investigandas veritatis gratia ad tortum putaverint esse venientia: tune id deum facere debent, si personarum conditio patiatur. Hac enim ratione etiam universi provinciales nostri fructum ingenite nobis benevolentiae consequentur. — P. P. *sine die et cons.*

9. *Idem*, AA. et CC. ad Charissimum præsidem Syriæ.

Super statu *ingenuitatis* per omnia interrogationem et questionem vestigia²¹ decurrentum est: ne alienæ forte sordida stirpes splendidis et ingenuis natalibus audeant subrogari: vel propria ac debita, per compotam questionem, quibus competit, successio denegetur. — Dat. 6 id. Maji. Emissa ipsis 4 et 5 AA. CONSS. 290.

10. *Idem*, AA. et CC. Ptolemaeo.

Cum testamentum falsum esse proponas: ad illuminandam veritatem servos hereditarios²² (etsi libertas eis ab eo, qui se hæredem esse adferret, præstita est) etiam per tormenta interrogari, constitutionibus principum est permisum. — P. P. 6 kal. septemb. ipsis 4 et 5 AA. CONSS. 290.

11. *Idem*, AA. et CC. Boethio.

Divo Marco placuit, *eminensimorum*²³ quidem, necnon etiam *perfictissimorum* virorum usque ad pronepotes²⁴ liberos, *plebeiorum* pe-nis, vel questionibus non subiici: si tamen propriis gradus liberos, per quos id privilegium ad ulteriorem gradum transgreditur, nulla violati *padoris* macula adspicit. In *decurionibus*²⁵ autem et filiis²⁶ eorum hoc observari vir prudentissimus Domitius Ulpianus in publicarum disceptationum libris ad perennem scientiam et memoriam refert. — P. P. 5 kal. decemb. ipsis 4 et 5 AA. CONSS. 290.

12. *Idem*, AA. et CC. Aspro.

Quoties de domino *mancipiorum* tractatur, si alii probationibus veritas illuminari non possit: de se²⁷ ipsa esse cum tormentis interroganda, juris auctores probant. — P. P. 5 id. Maji *Sirmii*, *TIBERIANO* et *DIONE* CONSS. 291.

13. *Idem*, AA. et CC. Philippe.

Hoc, quod placet, si de hereditate queratur, hereditarios²⁸ servos interrogari, tibi optulari non potest. Ubi enim de dominio incertum est, ad quem hereditas pertinet: merito per interrogationem hereditari servi ad veritatis indaginem pervenitur. Tu autem adseverando servum communem esse, non dubitas portionem ad eum pertinere, contra quem interrogari eum cupis. Quia res questionem haberi ab eo non permittit: cum nec communis²⁹ servus adversus dominum communem, qui non occ

11. L. 19. D. h. t.; L. 1, § 5, D. de SC. Silan. — 12. L. 7, inf. b. t. — 13. L. 1, § 5, D. cod. — 14. L. 1, in fin. supr. cod. — 15. L. 6, supr.; L. 18, § 7, D. cod. — 16. L. 11, inf. cod. — L. 9, § 11, D. de pon. — 17. L. 1, pr. D. h. t. — 18. L. 1, § 1; L. 19, § 2, D. cod. — 19. L. 5, supr. cod.; L. 7, supr. ad leg. Corn. de falsis. — 20. L. ult. D. h. t. — 21. L. 9, L. 18, § 4, D. cod. — 22. L. ult. inf. cod. — 23. L. 10, inf. de dignit. — L. 18, inf. h. t. — 24. L. 5, D. de veteranis. — 25. L. 10, inf. h. t.; L. 9, § 11, D. de pon. — 26. L. 2, § 2, D. de decurionib. — 27. L. 15, inf. h. t. — 28. L. 10, supr.; L. ult. inf. h. t. — 29. L. 8, D. cod. — 30. L. 12, D. cod. — 31. L. 11, in fin. supr.; L. 1, § 2, D. cod.; L. 8, supr. de testif. — 32. L. 1, in fin. supr.; L. 1, in fin. inf. h. t.; L. 5, inf. de decur.; L. 10, inf. de dignit. — 33. L. 1, in fin. supr. de decur.; L. 1, in fin. inf. h. t. — 34. L. ult. D. de decur.; L. 16, supr. h. t. — 35. L. 15, supr. cod. — 36. L. 1, supr. de jure propter column.

Tir. XLII.—1. Lib. 48. D. 16; L. 16, supr. ad leg. Jul. de adult.; L. 15, D. de jure fisci. — 2. L. 5, § 2 ult. D. de accusat.; L. 4, in fin. D. ad SC. Turpil.; L. 1, inf. lit. prox. — 3. L. 10, D. de judic.; L. 15, D. de jure fisci. — 4. L. 9, inf. de calum.

cidiisse socium [suum] dicatur, interrogari possit. — S. 3 kal. Maji *Heracliae*, AA. CONSS.

14. *Idem*, AA. et CC. Constantio.

Servos non solum pro dominis, sub quorum dominio sunt constituti, sed nec pro his, quorum antea fuerunt, interrogari posse constat. — S. 8 id. april. CC. CONSS.

15. *Idem*, AA. et CC. Maximo.

Interrogari servos de facto suo³⁰, non solum in criminali causa, sed etiam in pecunaria (veluti quando per eos depositi, vel commodati nomine, vel alii causis legibus cognitis res alii præstite sunt) posse, non ambigitur. — S. 8 id. april. CC. CONSS.

16. Imp. VALENTIN., VALENS et GRATIANUS AAA. ad Antonium P. P. Galliarum.

*Decuriones*³¹ sive ob alienum, sive ob suum debitum exortes omnino earum volumus esse pœnare, quas fiducie et tormenta constituent. Quod quidem capitale iudici erit, si in contumeliam ordinis exitiumque tenetur. Majestatis³² tantummodo reos, et (que nefanda dictu sunt) conscientes, aut molientes ex ordine municipal, maneat tam cruenta conditio. — Dat. 15 kal. octobr. *Treveris*, *VALENTE* 3 et *VALENTINIANO* AA. CONSS. 376.

17. Imp. ARCAD. et HONORIUS AA. Messalæ P. P.

Nihil sibi deflectens a justitia indigatio cognitorum, nihil venalis³³ exigunt terror in eas, quæ aut innocentia securæ, aut principali sunt honore munite, intelligent licere personas, ad inferendas injurias corporales: habeat hanc mercedem laboris multorum numerum testimonis commendata devotio. Idemque et si munera decurionatus³⁴ quis deposuerit: nam et ipse propter pristinam dignitatem questionem non patitur. — Datum 12 kal. septemb. *THEODORO* V. C. CONSS. 399.

18. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

De tormentis hæreditariorum³⁵ servorum sancimus nullo discrimine secundum anteriores leges et constitutiones interposito, sive de jure hereditatis aliqua moveatur inter heredes questio, sive de corporibus tantum hereditariis, sive de utroque eorum: servos de corporibus tantum hereditariis interrogari, et licere servos eos tantummodo, qui res gerendas detinent, sive in servitu reliqui sunt, sive libertatem adipisci per ultimam testatoris voluntatem præcepiti sunt, in questionem rerum hereditariorum deduci, et ex his ea, que occultata sunt, revelari: prius tam sacramento³⁶ super his a nobis statuto, præstanto. — Dat. 15 kal. octobr. *Chalcedone*, *Decio* V. C. CONSS. 529.

TIT. XLII.

DE ABOLITIONIBUS¹.

1. Imp. Dioclet. et MAXIM. AA. et CC. Paternæ.

Præses provincia si perspicerit abolitionem ad omnia crimina, quæ mota sunt, pertinentia a se impetratum: ne semel finita instaurentur, intercessione auctoritatis sue proprie. Supplicatione vero porrecta nutui principali, prefacta abolitione sopitum crimen ab² eadem persona revocari potest. — P. P. kal. dec. *Dioclet.* et *MAXIMIANO* AA. CONSS. 287.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium.

Abolio presentibus partibus causa cognita non a principe, sed a competenti iudice postulari debet: id est, si per errorem³ seu temeritatem, seu calorem ad accusationem prosiliuerit: hoc enim accusator explanans, abolitioni locum faciet. Sin autem per deceptionem, vel pecunia reo corruptus ad postulandum abolitionem venit: redemptio misererationis vox minimæ admittatur: sed adversus nocentem reum inquisitione facta pena competente ingeratur. Hi autem, qui suam suorūque injuriam defendunt, et qui cognatos suos in accusationem deducunt: omnimodo abolitionem petere non prohibentur. — Dat. 16 kal. decemb. *Serdicæ*, *CONSTANTINO* A. 5 et *LICINIO* CONSS. 519.

3. Imp. VALENTIN. et VALENS AA. ad Probum.

Fallaciter⁴ incusantibus accusationis abolitioni non dabitur. Sin autem

sincera mente accusationem instituerit, et reus aliquid injuria inscripti-
nibus illata toleraverit (id est, si vel carceres sustinuerit, vel tormenta, vel
verbula, vel catena) abolitione non petetur: nisi forte ille, qui haec passus
est, suum consensum³ ad petendam abolitionem accommodaverit. Quando
autem reus nihil tale passus est: postquam fuerit officii custodia tra-
ditus, intra dies tringita accusatori petenti, etiam invito reo, dari per-
mittitur: post hoc vero tempus nisi reus consentiat, censemus non esse
tribuendam. Quod si ingenuorum, licet plebeiorum, qui concii et parti-
cipes criminum non erant, testimonio gratia corpora fuerint lacerata ver-
heribus, tormentis vexata, abolitionem etiam duarum partium con-
sensi petitam, jubemus vigore judicis denegari: et crimen propositum,
cujus examen tormentis jam ceperat agitari. Si autem testibus tormentis
minime sunt illata, etiam sic⁶ abolitione non dabitur in illis criminibus
(ut in violata maiestate, aut patria oppugnata, vel prodata, aut pecula-
tus admisso, aut sacramentis desertis, omniaque quae jure vetere conti-
nentur) in quibus iudex non minus accusatorum ad docenda qua detulit,
quam reum ad purganda quae negat, debet urgere. — Dat. 2 id. octobr.
Treveris, VALENT. N. P. et VICTORE CONSS. 369.

TIT. XLIII.

DE GENERALI¹ ABOLITIONE.

4. Imp. ANTONINUS A. Rutigliano consulari Ciliciæ.

Qui potentatus², et vis, aliorumque criminum reum fecit, si post abo-
litionem ex forma solita reorum factam, et post edicta proposta intra diem
statutum³ repete supersederit: persequi criminis volens non est au-
diendus. — P. P. 8 kal. Maji LÆTO 2 et CEREALE CONSS. 216.

2. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. Paulino.

Cum eo tempore, quo indulgentia nostra crimina extinxit, accusatio a
te instituta non fuerit: publicæ abolitionis præscriptio cessat. — P. P. 6
id. febr. MAXIMO 2 et AQUILINO CONSS. 286.

3. Imp. VALENT., VALENS et GRATIAN. AAA. ad Senatum.

Indulgentia patres conscripsi, quos liberat, nota⁴: nec infamiam⁵
criminis tollit: sed poena gratiam facit. — Dat. 44 kal. Jun. *Treveris*,
GRATIANO A. 2 et PROBO CONSS. 371.

TIT. XLIV.

UT INTRA CERTUM¹ TEMPUS CRIMINALIS QUÆSTIO
TERMINETUR.

1. Imp. VALENT., THEOD. et AFGAD. AAA. Desiderio vic. Asie.

Quisquis accusator reum in judicium sub inscriptione detulerit, si in-
tra statutum tempus accusationem coptam persequi supersederit, vel
(quod est contumacius) ultima die adesse neglexerit: quarta bonorum
omnium parte multatus, aculeos consultissime legis incurrat: scilicet ma-
nente infamia, quam veteres jusserunt sanctiones. — Dat. 4 id. Jul.
Treveris, ARCADIO A. 1 et BAUTONE CONSS. 585.

2. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Ceciliiano P. P. post alia.

Noverint judices, cuilibet culmini, honorib[us] præsidentes, necessariis
utriusque parti (si tantum) dilationibus non negatis, precedentibus scilicet
inscriptionibus, intra² certum tempus criminales causas limitandas:
quo emenso, subeat accusator, qui destitutus³, penam legibus constitutam.
Et si persona vilior fuerit, cui⁴ dannum famæ non sit injury, poena
patiatur exili, nisi forte intra statuti temporis metas consensus partium
abolitionem poposcerit. Judicium autem debet esse diligenter, ut si nulla
rationabilis a reo, vel accusatore dilatio⁵ postuletur, exgeant talium cau-
saram notionem non expectatis moris. — Dat. 12 kal. februar. *Ravenne*,
HONORIO 8 et THEODOSIO 5 AA. CONSS. 409.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Menno P. P.

Criminales causas omnimodo intra duos⁶ annos a contestatione litis
communerando finiri consemas, nec ulla [alii] occasione ad ampliora
produci tempora: sed post bienni excessum minime ulterius liti de-
du-

⁵ L. ult. pr. D. ad SC. Turpili. — 6. Adde L. 5, supr. de episc. aud.

Tir. XLIIII. — 1. L. 10, 2. 1, D. ad SC. Turpili. — 3. L. 5, supr. de episc. aud. — 2. L. 1, supr.
tit. prox. — 3. d. L. 10, 2. 2, L. 7, inf. de sent pass.; L. 17, D. ad SC. Turpili; L. 1,
2, 10, in fin. D. de sent. — 4. Adde L. 6, 2. 1, D. h. t. — 5. L. 1, 2. 1, D. de judic.

Tir. XLIV. — 1. L. 6, 2. 1, in fin. supr. de custodia: L. 15, 2. 5, D. ad SC. Turpili. — 3. L.
ult. D. de publ. jul. — 4. L. 42, D. de reg. jur. — 5. L. 5, D. de rei vind. — 6. Adde d. 2. 4, et L. 1,
supr. de justitia: L. 13, 2. 28, D. de iuris. — 5. L. 1, in fin. D. de feris. —

6. L. 13, pr. supr. de iuris. — 7. L. 7, supr. qui accusare non possunt; L. 18, D. de

rante⁷, accusatum absolvit: scientibus judicibus eorumque officiis, quod
si litigatoribus admonentibus, ipsi litis introductionem vel examinatio-
nem distulerint, poena vicinarum librarium auri feriantur. — Dat. kal.
april.

TIT. XLV.

AD SENATUSCONSULTUM TURPILLIANUM¹.

1. Imp. ANTONINUS A. Amato.

Is demum in senatusconsultum incidisse videtur, qui crimen publici²
judicij detulit: et causa criminis ordinata (id est, *inscriptionibus de-
positis*, et *fidejussore de exercenda liti præstio*) eoque qui accusatur,
sub custodia officii facta, non impetrata abolitione ab executione [crimi-
nis] destituit.

2. Imp. GORDIANUS A. Appio.

Si pro eo qui in crimen subscrivit, fidem tuam adstrinxisti, isque
destitut, et commissa stipulatio est: non ultra quantitatem quam spopon-
disti, obligatus es: eo qui destitut, infamia nihilominus notando⁵, et
extra ordinem⁴ secundum judiciale motum puniendo.

3. Imp. VALERIAN. et GALLIEN. AA. Syllano.

Quamvis eum ordinem scriptura contineat, ut primo abolitio criminis
posceretur, et tunc dehinc omnibus placitis obteneretur, non obser-
vantibus tamen adversariis pectorum fidem, instaurata⁵ accusationem
minime potes, a qua ipse destitisti. — P. P. prid. non. Jul. Tusco et
BASSO CONSS. 289.

4. *Idem*, AA. Patrophilo.

Si is de quo supplices, contra parentes vestros desertam (ut dicit) ac-
cusationem ceperit persecuti: præscriptio illi in judicio præsidis desti-
tute rei poterit opponi. — P. P. prid. non. Maji SECULARI et DONATO
CONSS. 261.

5. Imp. DIOCLETIAN. et MAXIMIAN. AA. Matronæ.

Si foemina suam, suorumque injuriam exequatur, cum ipsa pacto con-
tra vetitum destituisse proficitur: in senatusconsulto Turpilliani penam
eam incidisse⁶ certi juris est. — S. 7 non. april. CC. CONSS.

6. *Idem*, AA. Lucio.

In executionibus criminum obtinuisse videtur, illos destituisse, qui
animum⁷ accusationis implenda prorsus deseruerunt. Cum agitur aliis ex
causis, vel simplicitate ratione, nequum te ad finem vindicte pervenisse
preces tuae testentur, poteris postposita formidine impedimenti super ali-
quantulo silentio, institutam accusationem secundum leges perferens,
quam probabis tibi debitam vindictam reportare. — P. P. 5 kal. Jul.
DIOCLET. 6 et MAXIM. AA. CONSS. 296.

TIT. XLVI.

DE CALUMNIATORIBUS¹.

1. Imp. ALEXAND. A. Sabino.

Calumnia eo tempore coerceri solet, quo² de causa presente accusa-
tore judicatur: ideoque posteaquam de causa judicatum est, contra con-
suetudinem calumniam accusatoris puniri desideras.

2. *Idem*, AA. Apollonæ.

Mater inter eas personas est, qua⁵ sine calumni timore necem fili
sui vindicare possunt. Ideoque beneficium senatusconsulti, et in aliis
publicis judicis servatum est. Sed extraneus heres⁴, qui suspicionem
quod de morte sua habuisse defunctus cavit, exequitur, hoc nomine a
calumnia excusatus est: cum inter voluntariam accusationem⁵, et officii
necessitatim hereditis, multum intersit. — P. P. 6 kal. Jul. JULIANO et
CRISPUS CONSS. 225.

3. *Idem*, A. Emerico.

Qui non⁶ probasse crimen, quod intendit, pronunciatur, si calumnia
non damnetur, detrimentum existimationis non patitur. Non enim si reus

accusat.

Tir. XLV. — 1. Lib. 48, D. 16, 2. L. 5, inf. de calum. — 3. Ezeip. L. 15, in fin. D. h. t.
4. L. 5, supr. qui accus. non possunt; L. 6, 2. 5, D. de decurionib. — 5. L. 6, supr. qui accus.
non poss. — 6. Vide tamem I. 4, D. h. t. — 7. L. 6, 2. 1, D. eod.; L. 10, D. de judic.

Tir. XLVI. — 1. Lib. 5, D. 6, — 2. L. 5, inf. h. t.; L. 1, 2. 4, D. ad SC. Turpili. — 3. L.
ult. D. de publ. jul. — 4. L. 42, D. de reg. jur. — 5. L. 5, D. de rei vind. — 6. Adde d. 2. 4, et L. 1,
supr. de justitia: L. 13, 2. 28, D. de iuris. — 5. L. 1, in fin. D. de feris. —

6. L. 13, pr. supr. de iuris. — 7. L. 7, supr. qui accusare non possunt; L. 18, D. de

absolutus est, ex eo solo etiam accusator, qui potest justam habuisse ve-
niendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

4. Imp. CARUS, CARINUS et NUMERIANUS AAA. Arcadio.

Calumnia poena in paternæ⁷ mortis accusatione cessat. — P. P. 11
kal. decemb. CARO et CARINO AA. CONSS. 283.

5. Imp. Dioclet. et Maxim. AA. Cæsio.

Qui calumniatores pronunciantur, in publicorum⁸ duntaxat judicio-
rum quæstionibus, non etiam in liberalibus causis, quæ privatas dispe-
tationes continent, periclitari solent.

6. *Idem*, AA. Domitio.

Dominus servorum per accusatoris calumniam tortorum, aduersus cum
poena dupli⁹ lege Julia providetur. — S. 18.

7. Imp. VALENT. et VALENS AA. ad Valerianum P. U.

Non¹⁰ prius quenquam sinceritas tua at tuæ sedis examen jubelbit
adduci, quam solemnis satisfecerit, qui initit fidem doloris adserere:
cum juxta formam juris antiqui, ei, qui ceperit argere, aut vindicta
proposita sit, si vera detulerit: aut supplicium¹¹, si fefellerit.

8. Imp. GRATIANUS, VALENT. et THEODOS. AAA. Menandro vic.
Asie.

Nostris, et parentum nostrorum constitutionibus comprehensum est,
eos, qui accusationem alienis nominibus presumpsissent, delatorum nu-
mero esse ducentos: atque ideo calumniosissimum caput, et personam
judicis irritare delationis infamia¹² supplicium sequatur: quo posthac
singuli universique cognoscant, non licere in eo, quod non possit ostendi,
judicium animos commoveri. — Dat. 8 id. Maji CONSTANTINOP., ARCA-
DIO A. et BAUTONE CONSS. 383.

9. *Idem*, AAA. Floro P. P.

Fallaciter¹³ incusantibus, maxime post exhibitionem accusati, nullius
juris color veluti derivata excusatione proficit: non publica [quidem]
abolitio, non privata talibus proficit subvenientia personis: non spe-
cialiter indulgentia, nec beneficium quidem eos generale subducet. — Dat.
13 kal. Jun. CONSTANTINOP., ANTONIO et STAGRIO CONSS. 382.

10. Imp. HONORUS et THEODOSIUS AA. coss., præt., trib. pleb.,
Senatu, S. D.

Quisquis crimen intendit, non¹⁴ impunitam fore noverit licentiam
mentiendi: cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. —
Dat. 8 id. August. RAVENNE, ASCEPIODOTO et MARINIANO CONSS. 423.

TIT. XLVII.

DE POENIS¹.

1. Imp. TITIUS, AELIUS et ANTONINUS AAA. Lucio.

Etiam in opus perpetuum² damnati, non dissimilis conditionis sunt
ab his, qui deportantur in insulam. — P. P. sine die et cons.

2. Imp. ANTONINUS A. Valerio.

Procurator⁷ meus, qui vice præsidio non fungebatur, exilio tibi po-
nam non potuit irrogare: ac propter frusta frateris sententiam, que
nulla juris ratione subinxia est.

5. *Idem*, AA. Senatui.

Decurionem⁴ in opus publicum dari non oportere manifestum est.

4. *Idem*, AA. Marinae.

Si ante⁵ conceptus est puer, de quo libellos dedisti, quam mater ejus
in metallum condemnaretur: natus conditionis ejus est, cuius ante con-
demnationem ejus mater fuit.

5. *Idem*, AA. Senatui.

Honor veteranis etiam in eo habitus est, ut liberi⁶ eorum usque ad

7. Adde L. 2, supr. eod. — 8. L. 7, in fin. D. ad SC. Turpili. — 9. L. ult. D. h. t.; L. 27, in
fin. D. ad leg. Jul. de adult. — 10. L. 2, supr. de exhib. eis. — 11. L. 17, in fin. supr. de ac-
cusat. — 12. L. 5, supr. de abolt. ; adde L. 5, inf. de delatorib.; Lib. 10, tit. 11. — 13. L.
15. Adde L. 2 et 12, D. eod.; L. 15, in fin. supr. de questionib.; L. 35, inf. de decu-
rionib. — 14. L. 31, D. h. t.; L. 5, supr. qui manumitteret L. 17, D. qui et a quibus
accusat.

Tr. XLVII. — 1. Lib. 48, D. 19, — 2. L. 54, D. h. t. — 3. Adde L. 4, supr. ad leg. Fab. de
plagiar; L. 1, supr. de pedaneis; L. 5, supr. ubi cause fiscales. — 4. Adde L. 9, inf. eod.; L. 9,
2, 1; L. 15, D. h. t.; adde L. 16, supr. de questionib. — 5. L. 5, 2, 2; L. 18, D. de statu ho-
minis; L. ult. D. de sent. pass.;